

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Klein

**Iusta Funebria Quae Exequiis Venerandi Senis, Viri ... Dn. Heinrici Schuckmanni,  
Osnabrug Westphali, I.U. Doctoris ... Cuius vitam ... Anno cl Ic LVI. 19.  
Septe[m]br. Humanis exempti ...**

Rostochii: Richelius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77742178X>

Druck    Freier  Zugang




Bodock, L.  
in  
**H. Schuckmann.**  
**Rost. 1656.**









**JUSTA FUNEBRIA**

*Quae Exequias*

Venerandi Senis,

*Viri, dum viveret, Nobilissimi, Amplissimi,*

*Consultiissimi, Excellentissimi,*

**DN. HEINRICI  
SCHUCKMANNI,**

**OSNABRUG WESTPHALI,**

J.U. Doctoris, Codicis Professoris in hac  
inclita Academia, & Juridici Ordinis Senio-  
ris ut emeriti, ita de Republ. literaria omnibusq; bonis  
meritissimi, Consiliarii Ducalis Assessoris Eminentissimi,  
Promotoris, Fautoris & Praeceptoris sui  
honoratissimi,

Cujus vitam (de quo illud Senatus Rom in Valeria-  
num, apud Trebell. Pollionem, verissime usurpari potest, vita  
Schuckmanni Censura fuit.) in exemplum optat, Memoriam  
semper festam ducet, Morte vita compari, b. e. piâ &  
placida Anno c. Is Iac LVI. 19. Septemb. Humanis  
exempti, sibi satis, nobis vero nimium  
quam prematurè, tumulandi 24.  
Die ejusdem, persolvit

Mœrens gemensq;

**CHRISTIANUS Klein/ Rost.**

**J. U. Cand.**

• 6(0) •

**ROSTOCHII**

*Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.*

**Q**veis obitum, SCHUCKMANN E, Tuum, queis  
funera verbis  
Proseqvar, incertum est: Lachrymas dolor inde  
ministrat.

Inde jubet lessos Tua vita cavere minores.  
Navita ceu medius dcprensus in æqvore ventis,  
Hincq; instat Boreas, stridens hinc imminet Auster,  
Hinc lateri incubit Caurus, jam nescius artus  
Obliquare ratem, deponere carbasa, serum  
Cum videt auxilium, clavum contingere spernit  
Sed sua ventorum committit fata favori,  
Sic mea divisis liquesfiunt pectora curis  
Afflctuq; stipent vario: mollissimus udas  
Solvitur in lachrymas sensus, dum pondero quantum  
Te moriente Tui, quantum hæc Academia, quantum  
Deperdant qvæ recta colunt & Jura thesaurum.  
Tu caput atq; ingens nosrit cultura Lycae,  
Tu decus atq; Pater, plenum Tibi pectus honesti  
Præcepti q; & qvæ; longos sapientia canos  
Condiderat multâ rerum experientiâ & usu.  
Patronum Te sancta Themis sibi norat, apertos  
Cujus fallebant haud unquam crima vultus.  
Hæc ego dum recoqvo, dum Te vixisse recento,  
Afflctus vincunt animum, & commune bonorum  
Inseqvor exemplum lachrymis sua damna satentum:  
Ceu tacita in campis mussant pecora, occubat ingens  
Si caput armenti, consuetuq; pabula temnunt.  
Ast conurâ si corde puto, quam ditia mentem  
Præmia synceram maneant, si cogito vitam  
Quam geris intactam, atq; domus præcepta severæ  
Anuqvisq; paris; Natos si lustro Parenctis

Forma-

Formatos censore animo, cunctiq; capaces  
Muneris, in summum eductos Academæ honorem.  
Si recolo, ingenio tot dispensata laborum  
Agmina per longum senium; & cum missio honesta  
Ocia per Leges dederat, Tu nulla petisti:  
Sed dum vita fuit, dum spiritus, omne fibrarum  
Largitus Domini es sacris studiisq; bonorum.  
Hæc ego si verso, & felix qvod terminat annos  
Exodium, vigiliq; Te statione solutum  
Jussit adesse DEUS, nostriq; relinqvere curas;  
Spiritus eductus vinclis ut corporis arces  
(Præpes uti sursum aut celeris festinat arundo,)  
Ætherias subiit, lætoq; immixtus ovatu  
Justorum choreis, digna sede potitur,  
Heic ubi nulla animum disturbant tristia, mœror  
Exulat, & sancto sunt omnia plena JEHOVA.  
Talia dum volvo, gemitus piget atq; dolorum,  
Dispudet & qvæstu tempus lacerasse, diemq;  
Nuncupo ter festum reddit qvi terrea terræ.  
Parce, beate Senex, miscent sigaudia luctus;  
Plaudo Tibi doleoq; simul, suspensaq; corda  
Planctus & plausus media involvuntur utroq;  
Lucida Te regio tenet, at nos mœror inumbrat  
Noxq; mali, Tu liber eis qveis angimur; altus  
Te jam portus habet, medius nos pontus & undæ.  
Teq; ducem stratum querimus navisq; magistrum.  
Præparat ipse DEUS mentem, cui magna subire  
Munia mandabit; dextram, cui robora clavi  
Interet, inq; Tuos iterum dimittet honores.  
Ille DEUS Natos, summo qvos tanta dolore  
Affecit scissura sui soletur amico  
Flaminis auxilio; Crescat prosapia inæyum

Inclita

Inclyta SCHUCKMANNI, nunquam non larga nepotum  
Copia, qvi Patriam nostram, forta jura, cathedras,  
Pulpitaq; exornent, adsit; qvi vivere secum  
Perpetuo vultum & mentem testentur avitam.  
Ulterius me vota trahunt; Tuus ille per omnes  
Diffandat se animos animus, candorq; serenus.  
Justitiae sit cura eadem, qvicunq; fatentur  
Jura eadem, praviq; odium tectum omnibus æqvum;  
Tecum, sande Senex, cuius venerabile nobis  
Nomen erit, cingent urbem dum mœnia nostram,  
Dum Varnus pisces, volucres dum pascet Olympus,  
Mentio dum recti terris, dum Jura manebunt.  
I reqviesce tuo corpus sub marmore clausum  
Donec summa dies felici fœdere rursus  
Conjunget justam mentem corpusq; beatum.  
Ultimum ego munus Tibi solvo, ut candida poscunt  
Mensq; favorq; Tuus, claris ceu debeo Natis,  
Atq; brevem magno titulum subscribo sepulchro:

*Hic situs Eximus Juris Professor, honesti  
Affiduus custos, nivei candoris amator:  
Huncce imitare decet, Juvenis; Sic Jura coronas  
Et bona amas, dexter quorum ille fui Director.*

Qyod Tetraastichon turbatum hæc dabit.

HEINRICUS SCUCMAN, JURIS UTRIUSQUE DO-  
CTOR, CODICIS IN HAC ACADEMIA ROSTO-  
CHIENSI PROFESSOR, ET CONSISTORII DU-  
CALIS, DUM VIVERET, ASSESSOR FUIT  
VEL EMINENTISS.,  
JAM VERO TER BEATUS.











**H**eu nimium fera mors! ulli sic parcere nescis?  
 Sic sine lege ruens cuncta dolore repleas  
 Non tibi sat, passim tela inter Martia qvod nu-  
 Tot correpta ferox corpora fundis hum-  
 Qvin etiam nostris fato crudelis ab oris  
 Auffers canitie, tum pietate gravem.  
 Heu luctus! dolor ah! fors o fera! flebile fatu-  
 Hei casus subitos, ancipitesq; nimis!  
 O Cives, Cives! largos hinc spargite fletus  
 Qvod cecidit Patriæ fida columna meæ.  
 Sed, qvanquam cecidit, cecidit tamen haud per-  
 Nam latus coeli gaudia vera capit.

Lugens mærens  
Felix Fidelerus, Rost. SS.

---

EPITAPHIUM

Gravissimo Seni

DN. HENRICO SCHUCKM

exstructum.

**N**il legit hic tumulus, lector, nisi corporis ossa,  
 Extremo qvod erit, ut fuit ante, die.  
 Scis cujus fuerit? SCHUCKMANNI, nomine c  
 Qviq; fuit totus candidus atque pius.  
 Qui dum vivebat doctus, virtutis amator,  
 Magnus præclaræ fautor & artis erat;  
 Et jus tractabat, legum Jurisq; peritus,  
 Qvo mundus regitur dirigiturq; bene;  
 Justitiaeq; pio coelestis amore ferebat  
 Mille viæ casus, tædia mille senex.  
 Hic periiit. Sed quid? Virtus non passa perire est.  
 Spectatæ vitæ nam fuit atque piæ.  
 Si pius, haud periiit, summo sed in æthere felix  
 Vivit, nam requies mors solet esse piis.

Eupanæsis ap  
Michael Cordes / Rost. SS. Th  
B

